

impendant et nos suo instruant exemplo vt de receptis beneficijs gratias deo soluam? Dicebat ergo. Gloria in altissimis deo: et in terra pax hoibus bone voluntatis. **Ubi** Beda ait. **O**portant pacē hoibus: qz quos infirmos et abiectos despererāt nascēte in carne dño iam socios venerant. Quibus autē ho-minibus pacē poscūt exponūt ipi dicētes bone voluntatis. s. q. suscipiunt natū xpm. nō enī est pax impijs sed pax multa diligētibus no-men dñi. **T**erciu qd cōsiderare debemus est pastorū fides et deuotio. Ipi postqz angeli discessere in celū loquebant ad inuicē. **T**rans-eamus vsqz ad bethleem et videam? hoc verbum quod factū est. et dñs ostendit nobis. **N**aturale quippe est qz homo bonū diligit: qz sicut primū obiectū intellectus est verum ita priū obiectū volūtatis est bonū. **Q**uia ergo vnaqueqz potētia appetit suū obiectū. hinc est qz voluntas naturaliter bonū appetit. **I**llud autē qd naturaliter appetitur a po- tentia si sit p̄sens ipam delectat. **S**i vero sit absens possibile tñ haberi potētia mouetur ad ipm habendū. **H**omo igitur bonum dili- gens qñ sibi p̄sens est in ipso delectat. **O**sten- sum autē si sit absens inquit qñ sperat ipm habendū. **Q**uia ergo angeli nunciauerūt pa- storibus bonū maximū xpm natum. **E**t ostē- derunt vbi erat reperiendus qz in bethleem. **I**pi solliciti moti sunt querere et inuenire eū **I**n quo relucet eoz magnanimitas et stren- nitas: quia nō horrore noctis nec damno ouilis sui qd solum relinquerēt retrahuntur ab inquisitione saluatoris iam nati. **E**t fide maxima ac deuotōne dicunt. videamus hoc verbū. i. dei filiū incarnatū qui p nobis fa- ctus est homo. **E**t vt inquit Beda non dixe- runt videamus puerū sed verbū quod factū est. i. verbū qd semper erat quod p nobis caro factū est. **E**t venerūt festinantes et inuenerūt sicut dictū est ad illos. **O**rigenes hic ait. **I**n- uenere mariā que illū fudit i partu et ioseph dispensatorē ortus dñici et infantē positum presepio. vidētes autē cognouerūt de verbo qd dictum erat illis de puero hoc. i. intelle- runt illum puerū esse verbū vel filiū dei. vel videntes humanitatē cognouerūt diuinita- tem. **E**t oēs qui audierūt mirati sunt de his que dicta erāt a pastoribus ad ipos. **G**losa sup isto passu dicit. non solum mirabant de incarnationis mysterio. sed enī de tanta pa- storum attestacione que fingere inaudita ne- scirent. sed simplici facundia vera predica- bant. **M**aria autē modesta et taciturna man- sueta et būilis cōseruabat oīa verba hec et cō-

ferens in corde suo. pastores p̄o reuerſi sunt ad gregē laudātes et glorificantes deū. **C**ū quibz et nos p tam amplissimo munere iam suscepto gratias quas possumus referamus pijsimo saluatori q nō iam in presepio sed in- uenitur coronatus in celis quē adorant oēs angeli ceteriqz beati qui sit in eternum bene- dictus Amen.

Sermo octauus de memoria christi cir- cumcisi et de nomine ipsius atqz de sangui- nis effusione.



Consummati sūt

dies octo vt circumcidereſ puer **S**cribunt hec verba originali- ter luc. ij. ca. **E**t i euāgelio p̄ntis

solēnitatis. **P**ostqz natus est xps multa die octaua erga ipm infantulū gesta fuere memo- rie digna. **I**n qualibet enī etate labore et pas- sionibz plurimis attritus ostēdit nobis exu- berantissimā charitatē suam. **N**eqz illi satis erat statuto tpe p salute humani generis cru- cis ignominiose ferre suppliciu. **Q**uinimmo ab vtero virginis gloriose vsqz ad extremū vite corp⁹ illud p̄ciosissimū varijs penis cru- ciatibusqz submisit. **H**odierna vero die fm antiquā iudeozū traditionē nō sine doloris acerbitate circūcisus est. **E**t sicut peccator vi- deri voluit q ab oī labe et cōtagione mūdissi- mus venerat in suo sanguine peccatores la- uare. **Q**ua de re statuit sancta mater ecclesia diē istū a cūctis fidelibz solenniter celebrari. **N**os vero vt xpi circūcisi sacramentū oībz innotescat. de ipo in p̄nti sermone dicemus. **I**n q tria mysteria crūt cōtemplanda.

Primū dicē circūcisionis.

Secundū vocatōis vel noīationis.

Tercium effusionis.

De circūcisione qz cōgrua instituta fuit et de determinatōe illius. et quare xpus voluit circumcidi.

Capitulum primū. **P**rimū mysteriū cōtemplandū dicē circūcisionis. vbi p clariore intelli- gētia dicēdoz de xpo q circūcidi vo- luit. **A**d h de circūcisione tria erūt elucidāda

Primum est illius institutio.

Secundum determinatio.

Tercium subiectio.

Primū de circūcisione elucidandū est illius institutio. **E**t hic p̄scrutari libet quali- ter circūcisionis sacramentū cōuenienter in- stitūtū est et hoc triplici respectu.

Primo respectu cause.

Secundo respectu sexus.

Tercio respectu p̄sone.

Primo circumcisio cōuenienter instituta est respectu cause. q̄re instituta fuit. **U**t enim colligitur ex dictis **Hugonis** in li. de sacramētis. et magistri **sn̄az** in. iij. di. i. **E**t **Aler.** de ales. in. iij. volumie summe. **T**riplex fuit cā potissima vt circumcisio institueret. **P**rima dicitur distinctōis vt. s. distinguere populus fidelis de q̄ christus nascitur? erat ab alijs infidelibz et idolatris. qz vt **Aug.** inq̄t li. v. de ciui. dei. c. xij. **I**llo tpe oēs gētes excepra vna populi hebreoz deos falsos colebāt et nō deo victimas s; demonijs immolabāt. **E**t si obijceret q̄ anteq̄ daret circumcisio erāt fideles z infideles. ḡāñ circumcisio instituēda erat. **R**ūdere possum? f̄m sanctū **Tho.** i suo iij. **Q**ue ex corruptōe peccati originalis humanū genus circa tpa abraē vsq; ad pfundissimū peccatoz venerat. s. infidelitatē: qz tūc incēpisse fert idolatria z viciū turpissimū p̄tra naturā. vt p̄t̄ de sodoma z gomorra. **S**ecunda cā quare circumcisio fuit instituta d̄r op̄positōis vt. s. esset remediū oppositū origināli p̄c̄tō. qd̄ quidē circumcisio rep̄ntabat q̄stum ad causam que erat ip̄a p̄pagatio libidinosa. **I**deo fiebat in mēbro deferuiente generatōi q̄stū ad p̄cessum circularē. qz f̄m **Ansel.** p̄mo p̄sona corrūpit naturā deinde natura corrūpit p̄sonā. **E**t q̄stū ad effectū q̄ est cōcupiscētia. **I**deo pellicula p̄ijciebatur. **E**t si diceret q̄ ante institutionē circumcisiōis humanū gen? originali p̄c̄tō erat obnoxiiū. ergo circumcisio ante fuisse instituēda. **D**icere possum? f̄m **Hugonē** li. de sacramētis. **Q**ue in q̄libet lege benignitas dei humano generi de oportunitis remedijs p̄tra originale peccatū p̄uidit. **I**n lege siquidē nature fuerūt tria remedia. **P**rimū oblatio q̄ cepit ab abel et durauit vsq; ad diluuiū. de q̄ dicit **Benef.** iij. ca. **A**bel obtulit de p̄mogenitis. **S**ecundū remediū fuit sacrificatio: z durauit a noe vsq; ad abraam. **T**erciū fuit decimatio. de qua **Ben.** xij. c. **A**braam dedit melchisedech decimas. **I**n lege scripture remediū p̄tra originale fuit circumcisio. q̄ licet tpe abraē et legionature ceperit. tū tpe moysi fuit p̄mulgata. **I**n lege vero gratie est sacramentū baptisimi. **T**ercia rō q̄re instituta fuit circumcisio d̄r significatio nis. vt enī dicit sanct? **tho.** in. iij. **H**abet circumcisio mysticā significatiōē. **N**ā f̄m intellectū morālē significabat castitatē seruandā. f̄m intellectū allegoricū significabat purgatiōē peccatoz p̄ xpm futurā. **S**cōm intellectū anagogicū significabat dep̄ositionē corruptibilitatis carnis et sanguinis in resurrectionē. **S**ecundū circumcisio est cōuenien-

ter instituta respectu sexus. qz ordinauit deus vt masculi circumciderent nō mulieres. **R**ō vero multiplex est f̄m **Alexandrū.** **E**t prima est mēbro deficiētia. qz mulieres nō h̄nt membrū ad circumcisiōē dispositū. **S**cōda rō est distinctōis sufficiētia. qz p̄p̄s fidelis ab infidelibz sufficiēter distinguebat p̄ viros. qz vir caput est mulieris. sicut p̄t̄. xxxij. q. v. c. cū caput. **T**ercia rō est peccati independētia. quia peccatū origināle nō depēdet a muliere casualiter licz occasionaliter. **N**ā q̄nis transgressio a femina ceperit. tū transgressionis peccati originālis cā nō fuit ip̄a sed vir. qz si vir nō peccasset origināle transfusum nō fuisset.

Tercio circumcisio p̄uenienter instituta est respectu p̄sone. **I**ndicā q̄ppe fuit abraē dū erat annoz nonagintanoue. vt scribit **Ben.** xvij. ca. **D**iligebat quidē deus abraā maxime p̄pter tria. **P**rimo p̄pter fidē. qz vt scribit **Ben.** xv. ca. **C**redidit abraam deo z reputatū est ei ad iusticiā. **S**cōdo p̄pter hospitalitatē: qz valde hospitalis fuit. **U**n̄ h̄ero. ad palmuchiū inq̄t. **D**iuēs erat abraam auro argento pecore possessione multaq; familiā habebat. ita vt ad subitū nunciū armare posset exercitū iuuenibus electū. tamen post crebrum hospitalitatis officium dum homines non recusarē suscipere meruit deum. **T**ercio diligebat de? abraā p̄pter obedientiā. fuit equidē p̄mptissimus ad obediendū deo cū sibi filiū immolari p̄cepit. vt p̄t̄ **Ben.** xxi. ca.

Secundū elucidandū de circumcisiōe est eius determinatio que cōsiderari habet q̄stum ad tria.

Primo q̄stum ad diē.

Secundū q̄stum ad instrumentū.

Tercio q̄stum ad finem.

Primo cōsiderare habemus determinatiōē circumcisiōis q̄stum ad diē. dicit enī **Ben.** xvij. ca. **I**nfans octo dierū circumcideatur in vobis. **U**bi sanct? **tho.** dicit. **Q**ue octauus dies erat de necessitate circumcisiōis q̄stū ad obligatiōē p̄cepti ita q̄ reus trāsgressiōis erat qui illud tps nō obseruabat. sed nō erat de necessitate eius q̄stū ad efficaciam sacramēti. qz etiā in alio tpe circumcisio facta suum effectū sacramentalē habebat. sicut etiam accidit ministranti b; nostra sacramēta q̄ seruant materiā et formā debitā et omittunt aliud de ritu ad solēnitatē sacramēti ab ecclesia instituto. **S**z hic plures difficultates oriuntur. **P**rima est an si octaua dies fuisset dies sabbati in q̄ p̄cepta erat quies ab opibz exterioribz fuisset licitū facere circumcisiōē. **R**ūdet sanctus **tho.** q̄ sic. qz circumcisio nō

erat opus pure corporale. sed sacramentū legis sicut et sacrificia q̄ in sabbato offerri licebat. Et iō xps dicebat Jo. vii. c. Circūcisio nē accepit hō in sabbato et nō soluit lex moy si. Secda difficultas q̄ illi q̄ vagati sunt in deserto nō fuerunt octaua die circumcisi sed postea tpe Josue i galgalis. vt dicit Josue. v. ca. et tñ illis pfuit circūcisio. Ad hoc dicunt doc. q̄ cū illis fuit dispensatū ppter necessitatem: q̄ nesciebāt qñ castra mouēda erāt que mouebant f̄m q̄ mouebat et eleuabat nubes de tabernaculo. vt scribit Rume. ix. ca. Insuper nō erat necesse eos tñc aliq̄ signū distinctōis h̄re vt Damasco. dicit qñ seorsum ab alijs hoibz habitabāt. Tercia difficultas an imminēte mortis articulo licitū fuisset añ octauū diē circūcisionē facere. Ad qd̄ rñdemus q̄ magister videt sentire in littera q̄ licebat imminēte mortis articulo diē puenire. Quidā vero dicunt sequētes Hugonē in libro de sacramētis. Qd̄ nō erat necessitas diē pueniendi. q̄ illis qui ante octauā diē moriebantur valebat ad salutem remediū qd̄ ante circūcisionē fuerat qd̄ ad hoc efficacīa habebat. Et hoc pfirmant per iudeos qui nūc sunt qui nūq̄ ante octauū diē circumciduntur. Quarta difficultas quare institutū fuit vt infantes die octaua circumciderent. Et ad hoc p̄ triplex rō assignari.

Prima penes intellectū literalē.

Secunda penes intellectū anagogicū.

Tercia penes intellectū tropologicū.

Prima rō sumit penes intellectū historicū siue literalē. Nam sicut dicit Rabi moyses maximus philosophus et theologus apud iudeos. Puer in septē diebz tā tener adhuc est q̄ si existeret i vtero matris. in octaua autē fortificat et solidat. Et ideo vt dicit noluit dñs puulos ante octauā diē circumcidere ob nimīā teneritudinē nimīū lederētur. Ultra vero octauū noluit circūcisionē elongari ppter tres causas. Prima vt periculū euitet ne. s. si nimīū differreret sine circūcisione eos mori cōtingeret. Secūda vt dolori parui p̄lozū pvideatur: cum enī in circūcisione maximus sit dolor voluit pueros dñs circumcidi dū adhuc parūā imaginationē habent: vt minore dolorē sentirēt. Tercia vt parentū tristitie cōsolat. Nā cū ex circūcisione pleriq̄ morerent si circumciderent iā magni ex inde maior dolor esset parētibz q̄ si morerēt habētes tñ octo dies. **S**ecda rō sumit penes intellectū anagogicū siue celestē. Fiebat ergo circūcisio die octaua vt daret̄ intelligi q̄ in octaua resurrectionis ab oī penarū miseria

circumcidemur. Et f̄m hoc octo dies erunt octo etates. Prima ab adā vsq̄ ad noe. Secda a noe vsq̄ ad abraam. Tercia ab abraā vsq̄ ad moysen. Quarta a moyse vsq̄ ad dauid. Quinta a dauid vsq̄ ad xpm. Sexta a xpo vsq̄ ad finē mūdi. Septia morientū. Octaua resurgentū. **T**ercia rō sumit penes intellectū tropologicū siue moralē. Et f̄m hoc octo dies pnt accipi p octo cōditionibz q̄ requirunt vt aīa peccatrix circumcidat̄ et grata sit deo. Primus itaq̄ dies est prima cōditio que est pgnitio peccati. Nisi enī peccator suā infirmitatē cognoscat nunq̄ ad pñe medicinā venire curabit. Ideo inquit Seneca ad Lucillū. Nō est extrinsecus malū nostrū intra nos est: in visceribz ip̄is sedet. Ideo difficulter ad sanitatē venimus: q̄ nos egrotare nescim⁹. Et Aug⁹. sup psalmo. Nemo ait est sanabili⁹ eo qui sibi sanus videt̄. Vnde dauid in psalmo. i. dicebat. Iniquitatē meā ego cognosco. Secunda dies est ppositū deserendi malū et faciendi bonū. qd̄ notat̄ in filio pdigo qui dixit. Surgam et ibo ad patrem meū. Tercia dies est tertia cōditio. s. pudor de peccato. vt homo de suis malis erubescat. Quarta dies est timor de futuro iudicio. Quinta cōtritio siue dolor de peccatis. Sexta est p̄fessio loco et tpe. Septima spes venie. nō enī sufficiūt p̄cedentia sine hac se prima cōditione. quia vt scribit de peni. dist. i. in ca. nemo. Nemo p̄t bene agere pñiaz nisi sperauerit indulgentiā. p̄t̄ h̄ de iuda q̄ licet peccatū fuisset confessus tñ quia desperauit de venia damnatus est. Octaua dies est satisfactio. His cōditionibz quasi quibusdā diebz circumcidit̄ aīa et in statū salutis reponitur atq̄ distinguit̄ ab illis qui sunt impenitentes et obstinati. Secūdo cōsiderare habemus de terminatōe circūcisionis q̄tum ad instrumentū. Fiebat enī cū cultello lapideo vt p̄t̄ Josue. v. c. et Ro. iiii. c. Dicit tñ sanctus tho. Qd̄ talis cultellus nō erat de necessitate circūcisionis neq̄ q̄tum ad obligationē precepti neq̄ q̄tum ad efficacīā sacramenti qd̄ ritus iudeoz vsq̄ bodie ostendit. licet i principalibz circūcisionibz in q̄bz xpm significari oportebat tale instrumentū sit adhibitū. Significabat enī xpm q̄ petra dicitur per similitudinē. et est cā principalis meritoria remissionis originalis culpe. Tercio cōsiderare habem⁹ determinationē circūcisionis q̄tum ad finē. Debuit vtiq̄ circūcisio finē habere. Vnde apostolus ad Gal. v. ca. In xpo enī iesu neq̄ circūcisio aliqd̄ valet neq̄ p̄puciū s̄z noua creatura. Et iterū

Si circumcidimini xps nil proderit vobis. Ratio est fm doc. quia cu venit qd pfectu est euacuari debuit qd ex pre est si ad idem ordi nemur: qz gratia no facit p duo qd per vnu pt facere sicut nec natura. Circumcisio aut im perfecta erat respectu baptismi triplici. **P**ri mo qstum ad significatione: qz no ita signifi cabat expse emundatione toti hois ab im mundicia originalis culpe sicut ablutio ba ptismalis. **S**ecdo qstu ad efficaciam qz no tam abundans gratia ad operandu et reprimen dum fomite dabat in circumcissione sicut in baptismo. **T**ercio qstum ad vtilitate: qz non erat ei vtilitas ita cois sicut baptismi cu ha beret determinatu populu determinatu tps determinatu sexu qd in baptismo no accidit. **E**t ideo adueniente baptismo debuit cessare circumcisio. Sed iudei arguunt cotra nos. **P**rimo qz Genes. xviij. c. dicit. Q circumci sio datur in fedus eternu. Sed eternu est qd nullo fine claudit. ergo circumcisio cessare no debuit. **S**ecundo qz post baptismi institu tionem paulus circumcidit thymotheu. vt prz Actum. xvi. ca. Rndet sancto tho. Q eternu hic accipit p seculo qd quide fine habet sed no est nobis determinatu. **U**el etia pt dici qz circumcisio corporalis potuit esse i fedus eter num qstum ad suu signatu et quantu ad id qd ei succedit. **S**icut etia fides dz sp mane re respectu visionis q ei succedit i patria. **A**d secundu dicit sancto tho. q ante xpi passio nem circumcisio et legalia fuerut obseruanda ex necessitate diuine iussionis et habuerunt adhuc effectum. **S**ed post xpi passionem au diuulgatu euangelii obseruari poterant a iu deis ad fide conuersis no spem in ipis ponen tibus quasi alicuius virtutis essent aut qua si sine eis gratia xpi non sufficeret ad salute. **S**ed ne omnino videret lex vetus reprobata si statim quasi idolatria fugeret. **E**t ideo hoc modo erat mater sinagoga cum honore ad tumultu deducenda. **S**ed post diuulgatio nem euangelij legalia no solu no sunt saluti fera sz mortifera. **M**edio ergo tēpore. s. post passionem xpi ante diuulgatu euangelii petr et paulus et alij apostoli legalia obseruabat no simulatorie sed vere. petrus tu incaute se habuit in obseruatione legaliu nimis cōdescen dens iudeis illis qui legalia obseruabat ita vt aliqui eius exemplo inducerent ad ea ob seruanda quasi necessaria. **E**t ideo vere repre hensibilis erat et aliqua leue incurrit culpa. **E**t paulus ad Gala. ca. ij. Clere et no dispē satūe ipm cum charitate reprehendit. **C**ir cumcisio ergo et alia legalia ante xpi passio

nem quādo xps ea seruauit no erant mortua neqz mortifera sed salutifera. **T**empore autē apostolor. ante diuulgatione euangelij erat quedā mortua quasi nullius existentia vtili tatis sed mortifera. **M**odo vero et mortua et mortifera sunt: ideo nec obseruanda. et sic cir cumcisio fine accepit. **T**erciu elucidandū de circumcissione dicit subiectio. **L**icet enim xpus originale peccatu no contraxerit voluit nihilominus circumcidi. **Q**uod quidē fecit multiplici rōne. vt inquit sancto tho. iij. pte q. xxxvij. **P**rimo vt ostenderet veritate car nis humane cotra manicheum qui dixit eu habuisse corpus fantasticum. **E**t cotra apol linarem qui dixit corpus christi esse diuini tati cōsubstantialē. **E**t cotra Valentinu qui dixit christum corpus de celo tulisse. **S**ecū do voluit christus circumcidi vt approbaret circumcissionē quam olim deus instituerat. **T**ercio vt ostenderet se esse de genere abrae qui circumcissionis mandatu acceperat in si gnum fidei quā de ipso habuerat. **Q**uarto vt iudeis excusationē tolleretur eum no re ceperunt quia no potuerut dicere q esset in circumcisus. **Q**uinto vt obediētie virtutem suo nobis cōmendarer exemplo. **S**exto vt q in similitudinem carnis peccati aduenerat remediū quo caro peccati consueuerat mun dari non respiceret. **S**eptimo vt legis onus in se sustinēs alios a legis onere liberaret.

Quod cōuenienter filius dei vocatus est Je sus et de admirandis efficacis huius nomi nis ac reuerentia eius. **C**apitulū. ij.

Secundū mysteriū contemplandū de christo circumciso dicit vocatōis vel noiatiōis. **Q**uia vocatu est nomen eius iesus: de quo iocundissimo noie tria cō sideranda sunt.

Primū ipius cōuenientia.

Secundū ipius efficacia.

Tercium ipius reuerentia.

Primū cōsiderandum de hoc noie iesus est ipius cōuenientia. **U**bi querit vtru fili dei p nobis incarnatus cōuenienter sit vo catus iesus. **E**t dicimus q sic triplici rōne.

Primo rōne significationis.

Secundo rōne reuelationis.

Tercio rōne ann unciationis.

Primo dei filius cōuenienter est vocatus iesus rōne significationis. tunc enī nomen cōuenienter imponitur cum eius significati corresponder ppietati ref. **N**omina autē sin gulariū hominū semp imponunt ab aliqua ppietate eius cui nomen imponitur. vt dicit sanctus tho. iij. pte. q. xxxvij. vel a tempore

sicut imponunt nomina aliquorum sanctorum his
 qui in eorum festis nascuntur. vel a cognatione sicut
 cum filio imponitur nomen patris vel alicuius de
 cognatione eius. Et si in propinquo iohannis ba-
 ptiste voluerunt eum vocare nomine patris sui
 Zachariam. Vel etiam ab eventu. sicut io-
 seph vocavit primogenitum suum Manasse di-
 cens. Oblivisci me fecit deus laborum meorum.
Gen. xli. c. Vel etiam ab aliqua qualitate eius
 cui nomen imponitur. sicut **Gen. xxv. c.** dicit.
 Qui primo egressus est de utero matris ruf-
 fus erat et totus in morem pellicis hispidus.
 Ideo vocatum est nomen eius Esau. quod inter-
 pretaur rubens. Nomina autem que divinitus im-
 ponuntur aliquibus semper significant aliquid gra-
 tuiti donum eis divinitus datum. sicut **Genesis**
xxv. ca. dicitur est abrahe. Appellaberis abraha.
 quia pater multarum gentium constitui te. Quia ergo
 homini christo hoc munus gratie collatum erat
 ut per ipsum omnes salventur. Ideo convenienter vo-
 catum est nomen eius iesus. id est saluator. Sed
 contra hoc posset quis obijcere ex eo quod **Esaias**
ca. lxi. loquitur de christo dicit. Vocabis tibi no-
 men novum quod os domini nominavit. Sed hoc nomen
 iesus non est nomen novum sed pluribus ante christum
 fuit impositum. ergo nomen istud non convenit christo.
 Ad hoc dicit sanctus theophylactus. Ex his qui fuerunt
 ante christum potuit convenire hoc nomen iesus
 secundum aliquam aliam rationem. puta quia aliquam pecu-
 larem et temporalem salutem attulerunt. Sed secundum rationem
 spirituales et universales salutis hoc nomen
 est proprium christo. et secundum hoc dicitur esse novum. Inve-
 nitur autem in scriptura hoc nomen impositum
 quattuor hominibus. Quorum primus fuit Josue qui
 fuit pugnator fortissimus. de quo dicit **Eccli.**
xlvi. ca. Fortis in bello Iesus naue. Secun-
 dus fuit iesus filius ioiade qui fuit sacerdos de-
 uotissimus. **Aggei. ii. ca.** Tercius fuit iesus fi-
 lius sirach qui fuit doctor sapientissimus. **Eccli. i.**
 Quartus fuit iesus filius virginis marie san-
 ctissimus figuratur per tres primos non voca-
 liter sed realiter. Primo quidem quia sicut iesus
 naue debellatis chanaanitis introduxit filios
 israel in terram promissionis. ita noster iesus de-
 bellatis demonibus extraxit sanctos de infer-
 no et induxit eos in terram viventium. Secundo quia
 sicut secundus iesus edificavit templum. sic nos-
 ter iesus edificavit ecclesiam subverso templo
 synagoge. Tercio quia sicut iesus filius sirach re-
 novavit sapientiam de corde suo sic iesus noster re-
 novavit quia testamentum novum instituit.
 Secundo filius virginis convenienter est vo-
 catus iesus ratione revelationis. Sic equidem pre-
 dixerunt prophetae quod si vocaretur iesus spiritu sancto
 illis revelante. Unde deus pater in iij. **Esdre**

loquendo dicit. Revelabitur filius meus iesus
 cum his qui cum eo iocundabuntur. Et **Abacuc. iij.**
ca. Ego autem in domino gaudebo et exultabo in ie-
 su deo meo. Et sibilla heritrea de qua loquitur
Aug. li. xviij. de ci. dei. in versibus illis. Judi-
 cum signum tellus sudore madescat. Caelo rex ad-
 veniet per secula futurus etc. Accipiendo primam
 litteram cuiuslibet versus et omnes insimul com-
 plectendo dicit. Iesus christus filius dei saluator.
 Sed contra hoc instat quod **Esaias loquens** de
 christo venturo. **vij. c. ait.** Vocabis nomen eius
 emanuel. et. **vij. ca.** Vocabis nomen eius accele-
 ra spolia detrahe festina predicare. Et. **ix. c.** Vo-
 cabitur nomen eius admirabilis consiliarius de-
 us fortis pater futuri seculi princeps pacis.
 Et **Zacha. c. vi. dicit.** Ecce vir oriens nomen
 eius. ergo inconvenienter vocatum est nomen eius ie-
 sus. Respondet sanctus theophylactus. quia in omnibus illis nominibus
 quodammodo significatur hoc nomen iesus quod est
 significatio salutis. Nam in hoc quod dicitur
 emanuel quod interpretatur nobiscum deus designa-
 tur causa salutis que est unio divine et huma-
 ne nature in persona filii dei per quam factum est ut
 esset nobiscum deus. Per hoc autem quod dicitur vo-
 cabitur nomen eius accelera spolia detrahe
 designatur a quo nos salvaverit. quia a diabo-
 lo cuius spolia abstulit. secundum illud apostoli ad **Co-**
losenses. c. ij. Expolians principatus et po-
 testates traduxit confidenter. In hoc quod dici-
 tur vocabis nomen eius admirabilis etc. De-
 signatur via et terminus salutis nostre in qua
 f. admirabili divinitatis consilio et virtute ad
 hereditatem futuri seculi perducimur. In quo erit
 pax perfecta filiorum dei sub ipso principe deo. quia
 vero dicitur. Ecce vir oriens nomen eius ad idem
 refertur ad quod primum. id est incarnationis mysterium
 secundum quod exortum est in tenebris lumen rectis cor-
 de. Tercio filius dei et virginis convenienter
 vocatus est iesus ratione annunciationis. quia
 angelus gabriel ut scribit **Luc. i. c.** qui annun-
 ciavit virgini de filio nascituro divina secre-
 ta inter cetera sibi dixit. Ecce concipies in utero
 et paries filium et vocabis nomen eius iesum.
 Et iterum cum apparuit ioseph in somnis dixit
 ei de uxore pregnantem etc. **math. i. c.** Ioseph
 fili david noli timere. accipe mariam coniugem
 tuam: quod enim in ea natum est de spiritu sancto est. Ec-
 ce pariet filium et vocabis nomen eius iesum.
 Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eo-
 rum. Deus igitur hoc nomen angelo revelavit
 priusquam ad virginem mitteret eum. quia ut dicit **Am-**
bro. Illud nomen non usurpavit sibi angelus
 sed audivit a deo. Sed plerique doceri cupi-
 unt cum christus dicatur filius dei iesus et christus
 inter hec nomina differentia. Quibus dicimus quod

filius dei vocatur inquantū est deus de deo.
Xp̄s inq̄tū est homo a p̄sona diuina q̄tum
ad humanā naturā assump̄t. **I**esus inq̄tū
est de? humanitati vnit? **A**lex. vero de ales
in. iij. dicit. q̄ cū deus et hō vnus sit x̄ps in
vnitate p̄sone p̄t significari p̄sona x̄pi dupli
citer. **U**el rōne diuine nature in p̄paratōe ad
humanā fm quā dicit iesus. i. saluator. ver
bo enī naturā humanā puenit saluare. **U**el
rōne humane nature p vnionē ad diuinā. et
sic dicit x̄ps. **S**ecundū qd̄ erat cōsideran
dum de hoc benedicto noīe iesus: dicit effi
cacia. **E**t licet multe sint efficacie illius. nos
n̄ hic dūtaxat de tribz dicemus.

Prima est miraculoz operatio.

Secunda periculoz euasio.

Tercia cordium cōsolatio.

Prima efficacia noīs iesu dicit miraculoz
operatio. **H**āc saluator ip̄e declarauit cū di
xit **B**arci vlti. ca. **S**igna eos qui credide
runt hec sequent. **I**n noīe meo demonia eici
ent linguis loquent nouis. serpentes tollēt
et si mortiferū quid biberint nō eis nocebit.
Sup egros man? imponēt z bñ habebunt.
Et hoc dicit **P**etr? **R**auen. in quodā sermo
ne. **H**oc est nomē qd̄ dedit cecis vīsum. sur
dis auditū. claudis gressu. sermonē mutis.
vitā mortuis restituit totāqz diaboli p̄tatem
de obsessis corpibz virtus hui? noīs effuga
uit. **Q**ualiter vero hec oīa impleta sint enar
rabim? cū de sanctis aplīs martyribz virgi
nibus et cōfessoribz sigillatim loq̄mur. **N**ūc
vero tm̄ in hoc loco interponem? illud qd̄ i
vita sancti dionisiū scribit. **D**ū enī paul? ve
nisset athenas. sicut etiā scribit **A**ct. xviij. ca.
Et cū p̄his disputaret p̄cipueqz cū dionisio
tūc clarissimo. cecus quidā p̄transiuit. statim
qz dionisius dixit paulo. **S**i dixeris huic ce
co in noīe dei tui vide et viderit. statimqz cre
dam sed nevtaris verbis magicis qz forte no
sti verba q̄ habēt h̄mōi efficaciā. **A**t paulus
r̄ndit. dionisi tu ad cecū p̄ge ei qz dic. **I**n noīe
iesu x̄pi nati de virgine crucifixi mortui z res
pulti qui resurrexit a mortuis et ascēdit in ce
lum vide. quā formā verborū etiā sibi tradi
dit scriptā. **O** res mirabilis. o virtus ineffa
bilis noīs iesu benedicti. **C**ū dionisius ceco
prefata verba dixisset p̄tinus vīsum recepit.
Quare **D**ionisi? cū **D**amari vxore sua oīqz
familia baptizat? est. **S**icqz a paulo p̄ trien
niū instructus athenis est ordinat? ep̄s. vbi
ille p̄dicationi insisteret ip̄am ciuitatē et partē
regionis illius ad fidē x̄pi cōuertit. **S**cribit
insup **A**ct. iij. c. q̄ dū petrus et iohānes ascē
debāt in templū ad horā orōnis nonā. quidā

vir qui erat claudus ex vtero matris sue ba
lulabat quē ponebāt quotidie ad portā tem
pli q̄ dicitur speciosa vt peteret elemosinā ab
introcuntibus in templū. **I**s rogabat petrū
et iohannē vt elemosinā acciperet. **I**ntuens
autē eū petr? cū iohāne dixit respice i nos. **A**t
ille intendebat in eos sperās se aliqd̄ acceptu
rū. **P**etrus autē dixit. argentū et aurum non
est mihi. qd̄ autē habeo hoc tibi do. **I**n noīe
iesu x̄pi nazareni surge et abula. **E**t apprehē
sa manu ei? dextera alleniauit eum. **E**t p̄tin?
cōsolidate sunt bases ei? et plante et exiliens
stetit et ambulabat. et intrauit cū illis in tem
plū laudās z benedicēs deū. **S**cōda effica
cia noīs iesu dicit periculoz euasio. **Q**ui enī re
uerēter et fideliter ac deuote inuocāt nomen
illud qz sepissime a piculis imminentibz libe
rantur sicut et ego experiētia certa cognoui.
Nā multis obmissis q̄ dicere possem. **R**efe
rā tū vnū qd̄ vidi in ciuitate mediolani. **D**ū
enī ego erā in cōuentu sancti **F**rancisci p̄fate
ciuitatis deambulabā die quadā solus supra
in claustrū infirmariē audiui flebilē clamorē
cuiusdā pueri. statimqz accurrens ad p̄tē illaz
iuxta quā infer? edificata ē piscina bñ pfun
da aqz repleta adeo vt aq̄ ibi excrefcētes vel
p̄fluentes staturā cuiuslibet hoīs operirent
p̄specti autē puerū ibi piculo submersionis ex
positū. erat vt puto septennis. rapuerant illū
aque vīqz ad medietatē piscine p̄fate. attoni
tus ego et memor dulcissimi noīs iesu. iesu
in geminando puerū cui nil p̄sidiū afferre
poterā hortatus sum vt et ip̄e iesum aduoca
ret. testor deū et angelos eius q̄ qz primū ie
sum noiare cepit. immobilis inter aquas p̄
māsit. ita q̄ crece? vsqz ad medietatē tm̄ aqz
erat immersus. **R**eliqua vero ps corporis. i.
pectus brachia et caput extra aquas retine
bat tāqz si aliquis pedes eius sub aqz firmi
ter retineret. **S**tenit illo mō qz diu fratres cu
currerūt qui lancea sibi porrecta eduxerunt
illū ad terrā p̄seruatā a piculo submersionis
virtute noīs iesu bñdicti. **T**ercia efficacia
noīs iesu dicit cordiū cōsolatio. **H**oc noīe
suauissimo cōsolant peccatores qui ei? virtu
te peccata illis remittunt. **U**n̄ **J**ohes. i. c. ait
Scribo vobis filioli qm̄ remittunt vobis
peccata vestra in noīe eius. **E**t **R**icar. de san
cto victore inq̄t. **I**esus nomen dulce nomen
delectabile nomē p̄fortans peccatoz corda z
beate spei. ḡ iesus esto mihi iesus. h̄ noīe con
solantur iusti sperātes in illo eternā salutem
acquirere. **U**n̄ **A**ct. viij. ca. petrus dicebat.
Nō est aliud nomen sub celo datū hominibz
in quo oporteat credentes saluos fieri. **H**oc

deniq; noie roborant et fortificant certates
 p xpo et alia aduersa queq; tolerantes. Est de
 hoc exemplū sancti Ignatii q̄ discipul⁹ fuit
 beati Johānis euāgeliste et eps Antiochen⁹
 cuius tāta fuit auctoritas q̄ etiā dionisi⁹
 verba illius ad confirmationē dictorū suorū
 adduxit. Cum enī ut ipse in libro de diuinis
 noib⁹ attestat quidā nomē amoris in diui
 nis reprehenderet dicentes nomē dilectionis
 nō amoris in diuinis ponēdo volens osten
 dere hoc noie amoris per oīa vtendū in diui
 nis ait. Scribit autē diuus Ignati⁹. Amor
 meus crucifixus est. Hic cū traiani impera
 toris iussu a militib⁹ vincit⁹ fuisset romā per
 ductus vt ecclesiastica docet historia cū ido
 lis sacrificare noluisse pcepit. Traian⁹ pri
 mo plūbatis scapulis eius cōtundī et vngu
 lis latera laniari et duris lapidib⁹ ei⁹ vulne
 ra cōfricari. deinde carbonēs viuos afferrī.
 et ipm sup illos nudis plantis ambulare cō
 pelli. Et iterū cū h̄ fecisset illesus dorsum ei⁹
 vngulis laniari eiusq; plagas sale pfundi. et
 vltimo tradi duob⁹ leonib⁹ pfocandus. In
 ter tot autē genera tormentorū nunq̄ ab inuo
 catōe nois iesu xpi cessabat. Quē cū tortores
 requirerēt. cur hoc nomē tortiens inuocaret
 ait. hoc nomen cordi meo inscriptū habeo. et
 ideo ab ei⁹ inuocatiōe cessare nō valeo. Post
 mortē eius quidā volētes curiosius experiri
 cū cor ei⁹ a corpore euellerēt et illud scindē
 res p mediū totū inscriptū hoc noie litteris
 quasi aureis inuenerūt. et q̄ forte hoc apud
 plerosq; incredibile videret. Erat exemplū
 simile nostro seculo manifestū. Jasperti ego
 ppijs oculis et manib⁹ cōtrectauī passionis
 xpi imaginē in corde sancte clare de mōte fal
 cone miraculose formatā. De illo quippe cō
 pacta sunt nō humano artificio sed diuino
 miraculo. crux clauī lancea spongia colūna
 et flagella. Insup et in corde illo inuenti sunt
 tres lapides pūli et rotundi q̄ vt dicebāt si
 in statera ponant et ex pte altera pond⁹ equa
 le coaptet sublato vno adhuc duo sunt pon
 deris eiusdē cuius et tres. sublatis duob⁹ eti
 am vn⁹ eq̄lis est ponderis cui⁹ erāt oēs tres
 simul in q̄bus insinuari videt trinitas pso
 narū diuinarū et eq̄litas. quia nō tres dī sed
 vnus est de⁹. Et qualis p̄ialis fili⁹ talis spi
 ritus sanctus. Ad nomen iesu iā redeamus.
 De hoc inq̄t deuot⁹ Bernard⁹ Iesu dulcis
 memoria dans vera cordis gaudia. Sed su
 per mel et oīa ei⁹ dulcis p̄ntia. Et iterū ibidē
 ait. Si scribas non sapit mihi nisi legero ibi
 iesum. Si disputes ac cōferas nō sapit mihi
 nisi insonuerit ibi iesus. Ad p̄dicationē hu

ius nois vocat⁹ fuit Paulus de q̄ dixit xps
 Ananie vt scribit Act. ix. ca. Vas electiōis
 est mihi vt portet nomē meū corā gentib⁹ et
 regib⁹ et principib⁹ terre. De hoc dicebat
 ipse Paulus Act. xxi. ca. Ego in hierusalem
 nō solū alligari sed et mori paratus sum pro
 noie ei⁹. Et cū decollatus ē rome et caput ei⁹
 a corpore exiliret iesus xps q̄ sibi in vita sua tā
 dulcis extiterat hebraice clara voce insonuit
 Dicit enī q̄ in suis eplis iesum xpm quingē
 tis vicib⁹ noiauit. Tercio p̄siderandū de
 gratioso noie iesu dī reuerētia. Est huic noī
 reuerētia exhibēda: q̄ oēs creature celi et ter
 re angeli et demones licz dispari mō venerāt
 illud. Vñ apls ad Philip. c. ii. In noie iesu
 omne genu flectat celestīū terrestriū et infer
 norū. Exultāt quidē ad hui⁹ nois p̄clama
 tiōē oēs angeli dei. terrent demones et tar
 taree legiones. Hoies vero q̄ credūt in iesu
 vt p̄dicimus iubilantes illud laudāt et bñdi
 cunt. Nō est ergo nomē hoc blasphemandū
 non piurandū in illo. sed honorificentissime
 audiendū et noīandū. Et vt scribit in. c. de
 cet. de immuni. eccle. li. vi. Conuenientes fide
 les in ecclesia nomē illud exhibitōe reueren
 tie specialis attollant flectant genua mentis
 qd̄ in capitis inclinatiōe prestent.

De multiplici effusione sanguinis xpi quo
 peccatores inducunt vt nō desperēt.

Capitulum tertium.

Tercū mysteriū p̄templandū de xpo
 circūciso dī sanguinis effusio. hodie
 nāq; sanguinē suū p nobis effunde
 re cepitq; postmodū pluries ipm effundere
 voluit. Quinq; etenī vicib⁹ xps effudit san
 guinē. Primo in circūcisione. Scdo in orō
 ne. Tercio in flagellatiōe. Quarto in cruci
 fixatione. Quinto in lateris apertōe. Fecit autē
 hoc vt peccatores attraheret p q̄b⁹ tā copio
 sissime satisfecit. Vñ Bernar. super cantica
 sermone. xxi. ait. Ad cumulū pietatis tradi
 dit in mortē aīam suā et de p̄prio latere p̄u
 lit p̄ciū satisfactōis. Vñ ad se versiculū illum
 traxit. Apud dñm misericordia et copiosa a
 pud eum redemptio. Insup induxit nos vt
 q̄tum possum⁹ euitemus peccata agnoscen
 tes aīe nostre nobilitatem. Vel dicere possu
 mus q̄ xps suū effundere voluit sanguinē.
 Primo ppter patrū et iustorum liberationē.
 Juxta illud Zacha. ix. ca. Tu q̄ in sangui
 ne testamēti tui educisti vinctos tuos de la
 cu in q̄ non erat aqua. Facit ad hoc exemplū
 qd̄ legit in historia scolastica vb̄ i narratur
 Qd̄ salomon habebat structionē h̄ abentē pul
 lum quem salomon in quadam cauea vitria.

nutriri faciebat. **C**ū vero pater pullū suū habere nō posset vermē quēdā de deserto porta uit de cui⁹ sanguine caueā ipam linuit. ⁊ cōtinuo fracta fuit: sicq; pullum inde deduxit. **I**ste vermis est xps q dicit in ps. Ego sum vermis ⁊ nō hō. Vermis enī nō nascit p generationē carnalē: sed de humore terre virtutē adij solis pducit. Et sic vermis patrē habet in celo. s. solē. et matrē h3 in terra. sc3 terre humorē. Sic etiā xpus h3 in celo patrē sine matre. et in terra matrē sine patre. **N**ulli inclusi in cauea erāt sancti p̄s in limbo detenti. Sed venit iste vermicul⁹ et infernū p̄fregit atq; sanctos p̄s inde liberauit. **S**cdo xps fudit sanguinē suū p̄pter debiliū cōfortationē. **I**nq̄t enī Grego. Si passio xpi ad memoriam reuocet nihil est qd nō equo alio toleratur. Refert **A**risto. Q si fiat vas d cera noua et diligenter claudat et in mari ponat aq q p poros subintrabit dulcis efficiet. **I**stud vas cerū est corpus dñicum. Sicut enī cera generat ab apib sine p̄mixtione sic caro xpi fuit generata a virgine sine corruptōe. **F**uit autē caro noua qz nulla peccati vetustate viciata. fuit etiā clausa: qz nulli diabolici tentationi fuit apta. pori eius sunt vulnera eius. **S**i igit n̄as amaritudines p recordationē et deuotionē in vulnera ei⁹ miserimus mor in dulcedinē cōuertent. **I**deo apl⁹ ad Hebr. xij. ca. ait. **R**ecogitate cū q talē sustinuit a peccatorib⁹ aduersus semetipm cōtradictionem vt nō fatigemini animis vestris deficientes. **T**ercio xps sanguinem fudit p̄pter cordium cōpunctionem. Nam vt naturales tradunt. **A**damas lapis nō frangit mallei percussione nec ignis adustione nec aliqua t̄pis diuturnitate sed sola sanguinis hircini infusione. Sic multi sunt q per p̄niam nō franguntur nec p diuinā cōminationē nec p spiritus sancti internā inspirationē: nec p senectutē **F**rangunt autē p dñici sanguinis meditationē atq; virtutē. **I**deo iesu xpo grās oēs dicamus q sua liberalitate p̄cioso sanguine suo nos redemit. quē etiā humiliter deprecemur vt pducatur nos in illā requiē in qua viuit et regnat p infinita secula seculorū **A**mē. **S**ermo nonus de p̄cipua singularissima q deuotione triū regū qui xpm quesierūt et inuentū humiliter adorarunt offerentes illi munera aurū thūs et myrrham.

Magi ab oriēte venerūt hierosolimā. **S**cribuntur hec verba originaliter **B**ath. ij. ca. et in euangelio presentis solennitatis. **L**o

mendatur hodierna die sapiētia triū regum orientaliū qui mor vt xpm natū agnouerūt ipm studiosissime q̄rere sunt conati. **Q**uesierunt quippe illi qui totius orbis conditor et dñs erat ⁊ p salute hoīm dignatus est de uirgine nasci. **N**ec laborauerūt frustra quoniā adepti sunt qd volebant. **I**nuenerūt itq; cū incredibili leticia quē diligebat anima eorū. **P**rebet nāq; seipm volentibus eū. nec est q se abscondat a calore ei⁹. **V**iderūt magi ipm paruulū in p̄sepio pannis inuolutum. **N**os vero si voluerimus intuebimur gloriam faciem ipius regnātis in celo. **I**nsuper et apte diuinitatē p̄spiciemus. **C**urramus ad ipm ad quē fide spe et charitate poterim⁹ puenire his virtutib⁹ muniti reges incliti meruerūt ducatu noue stelle ad xpi dei et hoīs p̄sentiam p̄perare. **Q**um ergo in hac solēnitare celeberrima ecclesia sancta recolat istorū dñorū erga iesum xpm deuotionē ardentissimā p̄cipuamq; ac singularissimā affectionē. **N**os in hoc sermone sub titulo de ipis magis dicemus. **D**e quibus tria mysteria crunt declaranda.

Primum dicit cognitionis.

Secundum inquisitionis.

Tercium inuentionis

Cognouerūt xpm veraciter. **C**ognitū inquisierunt diligenter. **Q**uesitū vero inuenerunt letanter.

Qualiter magi cognouerūt xpm natū et quomodo illuminati fuerūt vt crederēt ipm deum.

Capitulum primū.

Primū mysteriū declarandū de ipsis magis dicit cognitionis. **U**bi querit quōcum ipi in remotis agerent xpm natū cognoscere potuerūt. **E**t ad hoc dico q tripliciter instructi fuerūt de christi natiuitate iocunda.

Primo per signū mirabile.

Secundo per vocē audibilem.

Tercio per gratiā inuisibilem.

De stella que magis apparuit.

Primo illuminati fuerūt vt cognoscerent xpm natū p signū mirabile. qz viderunt oculis corpis stellā fulgentissimā ad hoc a deo pductā vt significaret illis xpi natiuitatem. **S**ed de hac stella tres varie dicunt opiniones. **P**rima est eorū qui dicūt q fuit spiritus sanct⁹ q sicut apparuit in linguis igneis apostolis. ita et magis in signo stelle. **S**ed saluo meliori indicio hoc stare non p̄t. qm vt inq̄t **A**lex. in primo volumine summe. **D**iffio visibilis spiritus sancti est ad manifestationē plenitudinis redundantis qualis fuit in xpo